tellegi.' & omnis quicumq; inuocauerit nomen dni saluus erit.
hoc est quod petrus alibi ait.' quia non est personarum ac
ceptor ds. sed in omni gente qui timet eum & operatur iusti
tiam acceptus est illi.' quae cum ita sint. perspice o homo
quantum ualeas. & perpende quid debeas.' ut tandem uilis
esse tibi desinas. ut uel pro hoc erubescendis subiacere ui
tiis dedigneris. dum generositatem tuam de creatoris ac
reparatoris dignitate imtueris.' habet causas quibus se ipse
confundat.' Cur indignis dominis uicto corde subdatur.
cui gloria promittitur aeterna.' ac sic gemino priuilegio
diuinae imaginis participatione uidebaris honoratus. ef
ficeris etiam commertii nobilitate pretiosus.' unde ergo
tam fortis esse possis contra hostem tuum. interroga statu
tuum. quod tibi dns ad bellandum in membris tuis mundi
principem. ac spiritales nequitias superandas. liberam
contulit facultatem. ac sic inpossibile non putes ut transfer
ri obtinens in angelicas beatitudines. cum in hoc saeculo an
gelicas deuiceris potestates.' Non ergo te degenerem ac
dispectum faciat uita. quem uel factura probatur inlustrē
protulisse uel gratia.' sed cursum suum fideles xpi. ad
superna fiducialiter attollant.' Nam qui se caelesti
pretio uident redemptos. ad caelestia non dubitant prae
paratos per dnm nrm ihm xpm cui est honor & gloria cum
patre & spu sco in saecula saeculorum. amen.' FR. VI.
In diebus illis. aperiens petrus os suum dixit LEC ACTUU APTORU
uiri israhelitae. audite uerba haec. Ihm nazarenum uirum
adprobatum a do. in uobis uirtutibus & prodigiis & signis quae
fecit per illum ds in medio uestri sicut uos scitis. & reliqua.
Petrus apostolus quasi doctor & magister. OMELIA LEC EIUSDĒ

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc427/0156